



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 22. Repleti sunt ira. Pupigit illos, gentilium, quos execrabuntur exemplum, & illos Dominus deseruit: quod supremum omnium est supplicium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

17. Oct. 11. comp.

1. d. 1. Ser. 1. 11.

1. d. 1. Ser. 1. 11.

vis duo ferocissimi, qui omnes, excepto nemi-  
ne coram paribus eorum disceperunt pueros  
irrisores. Facinus hoc, crudelissimum Ma-  
iachai indicant: ita. D. August. Non hoc inquit, eru-  
ditatis sed iustitiae a suis actus vindicatur: cum  
epim Prophetas suos debuissent honorare con-  
naturales eos tam effrontes iudificabant, vo uir-  
tute per hoc ostendit Dominus, (ait D. August.)  
Chrysolostomus sibi proprias habeat, quæ suis  
inferunt seruis iniurias, velique suos primo loco  
suaui prophetas.

Hic qui in propria regione apud suos adeo  
vilescit, a tene, precor, quanta apud extraneos  
& incognitos emergat auctoritate, & honore  
preueniat. Moralatur in Syria Provincia, ter-  
ra Gentium & idololatrarum nobilis illustri-  
simus vocabulo Naaman, qui armorum dexteri-  
tate celebris, tam insignes de hoste retulerat vi-  
ctorias, ut Provinciam suam eius eripisset ma-  
nibus, & pristinæ libertati restitutam descendit.

ser. Ita D. Augustin. illud intelligit, quod Spiritus  
S. ait: Per quem Deus salutem dedit Syria. Hic  
lepra maculatur, tantumque cruciatur dolentibus,  
ut dies noctesque continuis gemitibus, & gemitibus  
tristis absunget. Varijs adhibitis remedijs  
non emendatur. In ministerio erat illi famula,  
quam de patria Elisei captivam abduxerat. Hæc  
dominam suam in hæc verba alloquitur. Domi-  
na mea, est in patria mea Propheta, quem si Do-  
minus meus adierit, non dubito, à lepra curabi-  
tur. Credit an illæ suæ mulier, aditque virtum,  
pedilegæ narrat consilium. Hoc tantum au-  
dito, magnam concipit corde, salutem, rem læ-  
to successu perficiendam, & propouit eò proficisci,  
Rex autem Regi Israel litteras mirum commen-  
ditatis, quibus à se nullum indicat fidissimum  
sibi docem exercitus, sed leprosum, fama quip-  
pe quolibet perculante diuicerat, esse in Israel  
virum, à quo possit hic à lepra sua curari. Re-  
gionem ingreditur Israel, litteras Reg. config-  
nat: Respondet Rex. Hic cine: nec tales quisquam  
est, nec per somnum quidem nullus hic talis  
agnoscitur, nec quis te curat, imaginatione qui-  
dem nouimus aliquem. O viros si fideles, in  
regione longinqua credit in illius regionis. Pro-  
phetam alienigena, at illi nec virum agnoscunt,  
nec Prophetam imaginamur esse curatorem. Si-  
ta, respondet Eliseus, omnium quæ gerebantur  
conscijs. Adite Regem, & me hic esse nuntiate,  
ut autem Dei Israelis cunctis potentia inuocet-  
rat, illum à lepra curabo. huc illum ad me velo-  
citer transmittat. Accessit Naaman, illi remedijs  
prescribit, septies in Iordane lauetur, quo facto,

à lepra mundatur. Reuertitur ad prophetam, se  
pedibus eius humilis prosternit, & azasque pluri-  
mas esset gratis diuitiarum. Absit, inquit Eli-  
seus, sint tua tibi, non his ego. Nunc igitur  
Domine mi pater mi: Concede mihi seruo tuo vi-  
teliam onus duorum burdonum de terra, quam pe-  
dibus calcas. O terram benedictam! O terram  
mille balijs honorantam, talibus calcam pres-  
samque vestigijs? huius hæc onera mihi, dese-  
ram, semper mecum sequabo, & ex illa meæ cõ-  
stram, aram orationi. O quantum tribuit quan-  
tu facit, æstimatque Prophetam: ita D. Augustin. Sermon. 107  
expendit & nos diximus. Proinde non mire-  
mur, quod tali propheta fidem beneficio remu-  
neret optatamque tanto miracula conferat à le-  
pra munditatem: Ostendit igitur (inquit D. Ambr.) ne.  
Exemplo non omnium esse diuina mereri miracula  
possunt, sed eorum quibus religiose deuotionis  
studia suffragantur. & Deum eos fructu operis ab-  
ducant, qui reuerentia celestis sui exores.

§. 22. Repleti sunt ira. Pupigit illos genti-  
lium, quos execrabantur exemplum, & st-  
los Dominus deseruit: quod supremum om-  
nium est supplicium.

**E**T repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc au-  
dientes. Illorum Christo datum, attende  
responsum: valebant rationibus, & rem  
manibus age & tentant. O proditores, au igno-  
rantis quod Iob Dominus exposuerat. Qui scili-  
cet cum Deo disputare uultur, suisque vult  
Deus respondeat argumentis, pariter & ipse res-  
pondere debet obiecta sibi à Deo rationi:  
Nemoquid, qui contendit cum Deo, tam facile con-  
quiescit: Visque qui arguit Deum, debet & respon-  
dere illi. Norunt hoc iusti, ac prudentes si cum  
Deo contendunt, tales obijci rationes, quæ nul-  
lam habent solutionem, unde sibi cauent (in-  
quit Diuus Gregorius) nec cum Deo volunt  
contendere, qui cum Davide deprecantur: Do-  
mine ne in furore tuo arguas me, &c. Non intras  
in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur  
in conspectu tuo omnis uiuens. Qui tandem est  
adeo temerarius ut sibi præsumat intrare iudi-  
cium cum Deo, suasque proponere rationes ac  
velit ut Deus illis respondeat, ex consequenti,  
Diuus & ipse respondere tenetur argumētis. Ad  
hoc astringuntur Nazareni, verumtamen res-  
pondere rennuunt. omniaque responsi loco velut  
aspides per labes clectæ in illum seditiosi con-  
surgunt, quaruntque trucidare. Fuit autem hoc  
salus.

17. Oct. 11. comp.

1. d. 1. Ser. 1. 11.

1. d. 1. Ser. 1. 11.

Saluatoris responsum, ac propositum illis argumentum, velut clavis autilimus, & pugio, qui corda illorum penetraret, angularis.

Primò: quia illos vt generationem adulteram trisit, filios redarguit parentum in prophetas rebellium, & quòd suis similes essent parentibus: optimo proinde inter illos propheta nò beneficijs honorare sed tenebantur multare supplicijs. Secundò: ac principaliter (vt notat D. Augustin.) eo quòd illis in exemplum adduceret Gentiles, viduam Satepræ, & Naaman Syri: designans, quòd Gentiles Deo, eiusque prophetis essent gratiores, meliusque illis afficerentur, quàm Iudæi, ac consequenter illis essent præstanda beneficia, à quibus illi vt pote imbecientes excluderentur. Hoc autem illorum corda lacerabat acutius, quòd illis diceretur, se fore à Deo deserendos, qui ad Gentiles transferret sua illis dona largiturus. Hoc illis erat Dei terribilem mentum omnium durissimum: *In gentes furem irruabo illos.* Fers molestè, si ea tibi auferantur, quæ facis maximè, utinque cedunt in honore non minimum: at multò molestius, si tibi dicatur, tuis ea danda esse inimicis. Gentiles Iudæis erant inimici si vel illi, illos subsannabant stultos, insipientes, sordidos, nullos, & quibuscumque vellicabant, quæ possis cogitare, conuictijs: nihil dici poterat, quòd eos grauius pungebat, quàm illis ostendere, quòd sua Deus beneficia subtraheret, Gentibusque tribueret. Hoc a teo ægrè ferebant, vt etiam ipsi propheta, qui Dei præcepto hoc illis intinabant, sapius illis hæc dicerent implicite. Credoque firmiter, hunc esse verborum Iſaiæ sensum, gratia Evangelicæ gentibus con: edenda prædicatotis. Gloriam illam orditur Christi prædicare, na per eius Euangelium ad gentes esset transferenda, vix autè prima protulerat verba, cum super prædicta reuerfus, silentium inquit, ne dixeris, taceamus, sileamus, & nostrorum taceamus scelerum calamitatem iusti: *A fribus terra laudes audimus gloriam iusti.* Et dixi: secretum meum mihi, secretum in ea. 20. meum mihi; *Ve mihi prauaricantes prauaricati Esist.* ad sunt.

Ser. 207.  
Et 200.  
De temp.  
I.  
Iudæi de-  
testaban-  
tur Gen-  
tiles.

Deut. 32.  
22.

Isa. 44. 16.

In ea. 20.

Rom. vide

Iudæi

non ad-

Ro. 10. 20

cia, vt hoc annuntiare? Brat omnino, animus ad hoc requirebatur audacior: & constanter: noverat enim Propheta hoc tantum Iudæis patere fastidium, vt illum idcirco perditum essent, feræque mediū fecaturi, si hoc illis prædicaret, vt de factò postmodum eos fecisse nouimus; tu iudica, an non peccatore illi opus esset fortissimò? Qualem se, precor, ostendi filius tuus, si dixerit illi, pater tuus te ad xenodochium relegabit, & in filium sibi Maurum vel Ethiopem acceptabit?

Non est autem minoris ponderis verbum, quòd idem vitur Apostolus, cui videtur tam esse impossibile, sibi que repugnans ex humana ratione, vt aliud esse iudicet, contra naturam. Contra naturam inferus es in bonam oliuam, sicut contra naturam est, vt oleaster in bonam inferatur oliuam. Contrarium vero secundum naturam est, quòd bona videlicet oliua inferatur aleastro. Extolere non poterat amplius, quàm esse repugnans quòd gentes, aleastro comparatæ, ob amaritudinem, stultitiam & illegimitationem, qua Deo reddebant, montuosæ, syluestres, & que nulli rei aptæ essent, nisi flammis lignum aridum, Christo eiusque Ecclesie, bonæ vitæ infererentur oliuæ. Imò & ipse Petrus (vt notat modernus auctor Anton. Caceres Episc. Asturicens.) in Caesarea vt vidit illam imperatorum mundorum animalium varietatem, Gentium figuram, limco mundo & albo conclisam, quòd Christi significat humanitatem, fidem & Euangelium, præcipiente Deo illa comederet: sibi que incorporaret tanto detergente horrore concutitur, vt iudicaret hoc sibi nequitiam posse mandari, vnde non semel ait: *Absti Domine.* Cum autem altero die Centurio Gentilis Cornelius alijs comitatus infidelibus eum conueniret, iam que mysterium visionis intellexeret, nimitum velle Deum, illos in corpus adscisceret Ecclesie, quatenus Evangelicæ participes gratiæ redderentur, declarauit D. Petrus hanc Iudæis diuinam voluntatem, quam & continuo Deus eo firmante: cum enim hæc illis, prædicaret, descendit visibiliter Spiritus S. super omnes Gentiles in forma ignis, sicut in die Pentecostes. Vt autem hoc Iudæi conspexerunt obstupuerunt stupore magno. *Abhuc loquens Petrus hæc verba hæc, cecidit Spiritus S. super omnes, qui audierunt verbum, & obstupuerunt ex circumcisione fideles &c. quia & in nationes gratia Spiritus S. effusa est.* Mirabantur autem vehementer, audientes illos loquentes varijs linguis, Deumque magnificantes. Nec his satis, in super & hæc audien-

audientes Apostoli ac discipuli in Hierusalem, quod D. Petrus gentiles ad Evangelij gratiam admisisset, non parum admirati sunt fideles, & adueniente Petro cum illo Iudæi cœperunt altercati: *Audierunt Apostoli & fratres, &c. quoniam & Gentiles, &c. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam discipulabant adversus illum.*

11. 14. in Traslacio Syriaca legit: *Litigabant*, & exponit clarus D. Chryllostom. dicens: *Offendebantur*. Fuit autem necessarium, narraret Petrus ostensam sibi in Cœlestia visionem, qua suam Deus expoliuit voluntatem, vt incorporaret atque reciperet in corpus suum Ecclesie mysticum infideles, eos occidens in omnibus quæ ad vitam spectabant Gentilitiam: quo Christi spiritum, vnamque conciperent. Et quomodo super eos Spiritus S. visibiliter descenderat, sicut super nos (inquit D. Petrus) in die Pentecostes: *Cecidit Spiritus S. super eos, sicut & in nos in initio.* Unde apparet quod illa disceptatio erat cum Apostolis. Tunc autem (inquit) *Recordatus sum*

11. 16. *verbis Domini sicut dicebat* (iam iam in cœlum migraturus). *Iohannes quidem baptizauit aquas, vos autem baptizabimini Spiritus S. q. d.* Sicut ad suum Iohannes baptisma fluminis admisit, non solum Iudæos, sed & Gentiles, publicanos, meretrices, imo quoslibet indifferenter, nec se templo, locoque concludebat determinato, sed in deserto liber proprio ferarum habitaculo: ita quoque baptizandi erantus, Spiritus S. nedum Iudæi, sed & Gentiles, qui illi quoque gratia reciperent abundantiori. His auditis rationibus, vna fuit omnium conclusio certissima, Gentiles in Ecclesiam admittendos dicentes, stupore licet attoniti: *Ergo & gentibus pœnitentiæ dedit Deus ad vitam?* Licet autem hæc ita decreta esset sententia, multis post annis illam Iudæis prædicans Apostolus Paulus, ea intellecta à Iudæis

11. 19. descriptur, non minima inter illos & Apollolum oborta difficultate: *Cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se questionem.*  
 11. 21. Si igitur post tot confirmationes & doctrinas, iam Christo mortuo, & experientia teste, quod Gentiles essent admissi ad gratiam, & sortem filiorum Dei, tantos Iudæi tumultus excitant: quid putas fuisset statim à principio prædicationis Christi, cum nihil horum aut vidissent, aut audissent. Hoc igitur illos in Christi rationibus tam acriter monordit, vt omnes, velut aspides exardescerent: *Repleti sunt omnes ira, hæc audientes.* Perpeude quod ad rem ait Salomon: *Accum in nitro qui custat carmina cordi pessimo.* Perfunde nitrum quod instar ignis calidum est

aceto, & ecce flamma exurget voracissima. Nec minus, si cor improbum, peruersumque perfundas aceto, si reprehensionem ac monitionem adhibeas salutarem, exurget flamma commotionis, atque indignationis ardentissima, quæ mortem tibi prætentat insigere. Ita Herodes D. Iohanni, & Cain Abeli mortem intulerunt; vt a-

libi diximus: *In Synagoga peccantium exardabit ignis, & in gente incredibili enardescet ira*, testatur Spiritus S. Quam apposite hæc quadrant epitheta Nazarenis, Synagoga peccantium, & genti incredula; obdurata. Vide quam diabolicam iræ concitent flammam omnes à maiore usque ad minimum: *Omnes repleti sunt ira*, qui spiritu satanico furiosi, nullo excepto, in Christum omnes inturrexerunt: *Omnes surrexerunt*, illum apprehenderunt, foras ciuitatem expulerunt, ad supercilium montis, super quem ciuitas eorum erat edificata, deduxerunt à tummo deorsum præcipitandum: *Exierunt eum extra ciuitatem.* Erat autem hæc eorum consuetudo, vt blasphemos, & quosque sceleratissimi Nazarenis occidendos de ciuitate velut luem contagio-nequiores iam, eliminarent. Eijciebant eos, velut in pe-

diabolo. tu magnaue vi exturbatos. Hoc modo Christus exturbant: sic namque significat Evangelista, dum ait: *Exierunt eum extra ciuitatem, que hæref. in prime.* Ipsi demonibus (ait D. August.) nequiores. Numquam ad illam ascendit diabolus auidiam, sed nec imaginationem, vt Christum ex alto præcipitaret, dum illum in montis supercilium adduxerat, hoc tantum ait: *Mitto te deorsum.* At horum est nequitia sceleratior, pluraque præsumit illum scilicet ex montis supercilio in ima deturbare. Nota, monet Euthimius, quod hoc criminoso facinore confirmat, quod illis Saluator dixerat: quod nulla regio, patria nulla, illum tam vili, tam flocci faceret, quam propria patria, sibi que conaturalis.

Sæpe numero redarguit Redemptor noster Scribas & Phariseos, illos insimulans hypocritas, sepulchra dealbata, generationem malam, adulteram, peruersam; At nunquam illis in mentem tanta venit impudentia, vt eum deorsum præcipitaret, quod si aliquoties eum lapidare decreuerint, hoc egerunt sub prætextu honoris Dei: dicebant enim, quod illi Dominus uoster summopere derogaret iniurijs, & dum in eum conspirant malevoli, consilium conuocant, in quo non omnium idem fuit suffragium: nec eius præsumunt mortem machinari, nisi prius Christum in pleno præsentem fistant concilio, quinimo demum offerant Præsidii Romano-

manorum Pilato, ac tandem, (licet astute ac fictè) dici festo reverentiam habuerunt. Illi vero, nullo coacto, concilio, consultatione nulla, nec cause inquisitione premissa, vi animas omnes non prehabita cause verificatione, iudicij omnia discussione, nec dici festi religione deterriti, conspirant turmatim illum educere precipitandum, & de facto: *Evocatum eum extra civitatem* &c. Considera si quid tale regio aliqua intenderit Salvatori. Hoc autem ipse in animum induxit illos illi cuius erant, relinquere, cum enim iam cum in montis fastigium ceciderent, & iam precipitare conarentur, vires illis enaruant, & lumbos reddidit, ut peruersum exequi propositum nequaerint, & eorum se liberans, manibus: *Per medium illorum ibat.*

§. 23. *Ipsi Nazarenis spectantibus se de illorum Christus eripit manibus, dum eum dorsum cogitant precipitare: cum hoc Deo sit proprium, praeliora sua opera facere in oculis inimicorum, qui nec illa possint impedire.*

¶ 62. **O** Pinantur aliqui quod illis se Christus reddiderit inuisibilem, specie quadam cecitatis, quam illorum oculis offudit, ut eum minimè cognoscerent. De hac disputat D. August. & ait quod Græci illam dicant *ἀσθένεια*, ipse vero: *Ασθενεια*, quæ species est cecitatis, qua sic videntis disponuntur oculi, ut cum res habeat sibi præsentem, non tamen agnoscat: *Græci habent ἀσθένεια, quod magis significat, si dici potest, ασθενεια, quæ facit non videri, non omnino, sed quod non est opus.* Tali, credit ipse, percussit sunt cecitate Sodomitæ: *A minimo usque ad maximum omnes percussit cecitate.* Cum enim se inuicem viderent, domum tamen Lot, eiusque ostium inuenire minimè poterunt obtenebrati. Talis specie cecitate percussit Dominus Regis Syriæ milites, qui capturi venerant Eliseum nec absummi ludæos, quo die illum lapidare festinabant, ut dicit Evangelista: *Abcondit se Iesus, & exiit de templo.* Non absolute se occultavit, sed eorum oculis, ut eum videntes non tamen agnoscerent, eo plane modo, quo se duobus discipulis euntibus in Emmaus abscondit quod D. Lucas sic exponit: *Oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent, de quo ex professo D. Aug.*

Arbitrantur alij, non eo modo contigisse, sed

quod suam Dominus ostenderit potentiam in eo, quod, cum eum iam essent precipitatum, vires illis ademerit, non solum quibus eum precipitarent, sed nec eum valent detinere, eo modo ut illis spectantibus per medium illorum transiret, non ut pusillitatis fugiendo, nec brachiorum motibus resistendo, sed gressu modesto, velut potens Dominus, qui quod placebat animo, faciebat, sicque illos deterebat: supremum sanè supplicium, quo Deus castigat animam: quia sicut Deo præsentem nullum potest malum, sic illo absente nullum potest adesse bonum, ut die Lunæ diximus.

Similiter dicere possumus suam in hoc Christum demonstrasse potentiam, in eo quod Deo maximè proprium esse cognoscitur, qui cuncta coram suis disponit iuribus eo modo, ut ipse hæc attentissimo contentus animo, nec dum manus visisque non habeat, sed nec ipse permittat, ut vel minima cogitatio subeat animam tale quid audendi, vel impediendi, iuxta illud quod Dominus ait Iob, locutus de diabolo, eiusque ministris atque asseclis sub figura ceti, quod ipse spectatore & rem attentius ac studiosius considerante, laqueo captivum comprehendere, velut piscato homo piscem suspensum attrahit: *In oculis suis quasi homo capiet eum.* Hoc luce clarius nobis constat in historia Moyse, in qua res quadam accidit omnem superans admirationem. Mortuus in Ægypto patriarcha Ioseph de ægno, si quis bene meritis: Post aliquot annorum curriculum succedit in thronum novus Rex qui tot beneficiis ingratus, deleri voluit de terra memoriam Ioseph: in eum sine in Hebræo se proponit adversarium opponere populo, de familia Ioseph eiusque fratrum oriundo. Refert Ioseph, quod Regem adierit magus Ægyptius, prædicens, brevi puerum in lucem edendum ex Hebræis, qui si in perfectam adolesceret ætatem, Ægyptium bellum daret imperium. Hoc Regem percussit vehementer præfatum, quo circa generale convocat concilium: ut intelligat, quod tanto malo congruens daret remedium, & quomodo callida dissimulatione populum perderet Hebræum: *Venite sapienter apprehendamus eum &c. ne addatur inimicus nostris, pugnantisque nobis egrediatur de terra.* Hinc illam capit adeo inhumanam conclusionem, qua obstericibus præcipit Ægyptijs, quotiescumque mulieres Hebræas conuenient parturientes, ipso puerone prodeunte ad auras, si masculum uiderent, continuo præfocarent, quod illis